



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Membrum I. De Generalibus Regulis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

minimè sibi contraria esse, sed vel considerata temporum, locorum, causarum, rerum, actionum, & Personarum varietate, aut ambiguitate vocum, nominum propriorum, locorum, & Personarum; aut Cognita varia scribendi ratione per figuras Prolepsis, Anacephaleosis, id est, Anticipationis & Recapitulationis; aut perpenfa antecedentium & consequentium Verborum contextura, & aliarum circumstantiarum ratione omnia sibi invicem consonare, & mirificè convenire. Ex quo ulterius colligitur

Doctrina 5. Regula ab Interpretibus pro indagando vero S. Scriptura sensu assignari solita diligenter, ubi opus videbitur, adhibenda sunt: Ut enim Artifices, qui regulas suas adhibere temerè negligunt, manifesto se errandi periculo exponunt; ita non minus in S. Scriptura sensu eruendo & exponendo periclitabitur, quisquis Regulas ab Interpretibus Sacris tanto labore, studioque collectas adhibere neglexerit. Quia verò sat magnus similium Regularum est numerus, placet eandem distincto paragrafo breviter enumerare.

§. III.

De Regulis pro vero S. Scripturae sensu indagando assignari solitis.

Ut faciliùs intelligantur hæ Regulae, proderit eas in diversas classes dividere; aliæ quippe generales sunt, quia generalem aliquam doctrinam in S. Scripturae interpretatione observandam indicant; aliæ particulares, quia vel ad Personas, voces, numerum, tempus, modum loquendi, figuras &c. pertinent, uti mox ex dicendis apparebit.

MEMBRUM I.

De generalibus Regulis.

Regula 1. Qua in divinis libris scripta sunt, tractare debemus per ea, qua scripta sunt. Ita Origenes c. 23. in Matth. Hinc cum Christus Matth. 25. dixerit: *Quamdiu uni ex minimis meis, mihi fecistis*: hæc sententia non ad illa duntaxat verba: *Esurivi, & non dedistis mihi manducare &c.* sed etiam ad alia similia referenda est, ita ut æquè dici possit. *blasphemiae*



matus, tristatus sui: & nemo defendit, aut consolatus est me.

Regula 2. *Ambigua in S. Literis, si explicari non possunt in utramque partem intelligi queunt; si fidei regula non obstat.* Ita S. Augustinus de Trin. c. 1. & passim SS. Patrum praefata confirmat.

Regula 3. *Quae colliguntur ex Scripturis Sacris, perinde habenda sunt, ac si in illis scripta essent.* Ita S. Gregorius Nazanz. l. 5. Theol. & communi Theologorum consensu confirmatur.

Regula 4. *Parabola non sunt ad Verbum exponenda, multa sequantur absurda.* Ita S. Chrysostomus ho. 13. in Matth. Id quod & S. Hilarius 8. de Trin. confirmat dicitur. Non oportet in Parabolis nimiam in singulis verbis curam persequi, sed eam, quae per Parabolam intendat, didicerimus, in eadem veritate collecta, nihil ulterius anxio est conatu investigandum.

Regula 5. *Tropologia in S. Scriptura libera est, & hinc tum legibus circumscripta, ut pietatem sequatur intelligentiam sermonisque contextum, nec in rebus multum inter se contrariis violenta sit copulandis: Ita S. Hieronymus in cap. 1. ad Hinc in cap. 1. Jonae ait, Apostolum quidem Agar & Sara ad duo Testamenta referre, nec tamen omnia, quae in Historia illa narrantur, tropologicè interpretari possumus.*

## MEMBRUM II.

## De Regulis circa Personas.

Regula 1. *Usitatum est in Sacris Literis, ut bona quaecunque facimus, DEO adscribantur.* Ita S. Aug. in Rom. Sic intelligendum est illud Rom. 8. Ipse Spiritus postulat in nobis gemitibus inenarrabilibus, id est, postulantes faciat.

Regula 2. *Scire sive cognoscere DEI, quando Personis in rebus propter Personas coniungitur, non tam nudum scire, sed DEVM probare & diligere significat; Ita S. Hieronymus Origenes apud Salmeronem proleg. 10. can. 17. ubi dicitur simili modo DEVM illos nescire dici, quos non diligunt, notitiâ indignos censet. Hinc Luc. 13. dicit Christus: credite à me Operarii iniquitatis, quia non cognovistis DEVM. contrario Apostolus 2. Tim. 2. ait: Non vidit DEVS eos, qui non cognovistis DEVM.*